e utilitate Adventus Christi

Primo venit que-
rere omnem
perditam Ezech 34
Ezech 34 Ecce ego ipse requiram o-
ves meas et visitabo eas Quod perierat re-
quiram, et quod abiectum erat reducam, et quod con-
fractum fuerat [redacted] alligabo, et quod
infirmum fuerat consolidabo Isa 53 Om-
Isai 53 nes nos quasi oves erravimus, unusquisque
in viam suam declinavit, et posuit dominus in
ps 118 eo iniquitatem omnium nostrum ps 118 Erravi si-
cut ovis que periit, Mat 9 Non veni ad
Mat 9 vocandum iustos, sed peccatores luc 19 Venit
luc 19 filius hominis querere, et salvum facere, quod pe-
rierat 1 Thi 1 Fidelis sermo, et omni ac-
1 Thi 1 ceptione dignus quoniam Jesus Christus venit in
hunc mundum, peccatores salvos facere
Secundo venit solvere vincula diaboli
Isa 61 Spiritus domini super me, eo quod unxit
Isa 61 me ad evangelizandum! Ut mederer contritis, Et
predicarem captivis indulgentiam Clausis
apertionem, Ut predicarem annum placabilem
Et diem ultionis deo nostro, ut consolarer
ps 145 omnes lugentes ps 145 Dominus solvit com-

pe

perditos, Deus illuminat cecos, deus erigit
elisos, deus diligit iustos / Mat 11 Venite — Mat 11
ad me omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam vos / 1 Joh 3 In hoc appa- — 1 Jois 3
ruit filius dei, ut dissolvat opera diaboli
Luc 13 Hanc filiam Abrahe, quam ligavit — Luc 13
diabolus, liberata est a deo /

Tertio ut sua morte intercedente, repro-
pitiaret delicta populi Isa 43 Servire — Isa 43
me fecisti in peccatis tuis, prebuisti mihi la-
borem in iniquitatibus tuis Ego sum, ego
sum ipse, qui deleo iniquitates tuas prop-
ter me, et peccatorum tuorum non recordabor
63 ca. Torcular calcavi solus, et de gen- — Isa 63
tibus non erat vir mecum / Jere 31 Om- — Jere 31
nes cognoscent me a minimo eorum usque
ad maximum, quia propitiabor iniquitati eorum,
et peccati eorum non memorabor amplius Heb 10 — Heb 10
Una oblatione consummavit sanctificatos in
sempiternum 1 Joh 4 In hoc apparuit cha- — 1 Jois 4
ritas dei in nobis, quoniam filium suum unige-
nitum misit deus in mundum, ut vivamus
per ipsum, non quasi nos dilexerimus deum
sed quoniam ipse prior dilexit nos, et mi-
sit filium suum propitiationem pro peccatis nostris

1 pet 3 1 pet 3 Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,
iustus pro iniustis, ut nos offerret deo,
Quarto hic in sua via venit humilitate et
mansuetudine Isa 53 Vidimus eum et non erat
Isa 53 aspectus, Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os
suum, Sicut ovis ad occisionem ductus est, et non aperuit
os suum ps 21 Ego sum vermis et non homo, op-
ps 21 probrium hominum, et abiectio plebis Zacharias Dicite fi-
lie Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, iustus
Zacha 9 et salvator, ipse pauper et ascendens super asinam
et super pullum filium asine Mat 11 Discite a me, quia
Mat 11 mitis sum et humilis corde Mat 20 Filius hominis non
venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam
Mat 20 in redemptionem, pro multis phi 2 Humiliavit
phi 2 semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis
Quinto venit pauper, et nos ditesceret
ps 87 ps 87 Pauper sum ego, et in laboribus a iuven:
tute mea, humiliatus sum et conturbatus Mat 8 Vul:
Mat 8 pes foveas habent, filius autem hominis non habet ubi
caput suum reclinet 2 Cor 8 Scitis gratiam
2 Cor 8 domini nostri, qui cum dives esset, pro nobis egenus
factus est, ut illius inopia vos divites essetis
Mat ultio Data est mihi omnis potestas in ce-
Mat ultio lo et in terra, Euntes ergo, docete omnes gentes,
docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis,
Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad
consummationem seculi,

Dominica prima adventus